



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XXI. De Duce abdicante viginti quatuor concubinas suas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

fo, ait, irascaris, quod post illam primam & momentaneam salutationem tam diu fui te non videns: sed causa fuere inexcusabiles Reipublicæ administrationes. Nunc autem, ecce adsum, parere ac seruire tuæ paternitati, prout vis. Etenim nos ipsi, & omnia nostra, tui sumus: vtere sicut vis. Et hæc dicens, conuersus ad Clericos, & ad alios quosque meliores de comitibus nostris: Et hos, inquit, Pater tuos collaboratores tua licentia salutabo, apprehensisque manus singulorum tenebat & benedicebat illis atque deosculabatur, eos filios & fratres appellans charissimos; benedixitque DEVM omnium bonorum largitorem; quod hospites tam gratissimos sua domo suscipere meruisset.

Excusatio Ducis apud S. Othonam.

Humanitas Ducis & reuerentia erga comites S. Othonis.

Quia verò deinceps de ciuitate ad ciuitatem eundem fuit, omnes equos & iumenta nostra, villicos suos ad optima loca terræ, pastus gratia, deducere iussit; nec ante nobis reddebantur, quàm etiam consummatis omnibus, de terra suam iam exituri, quos certè ita accepimus alteratos, vt præ crassitudine vix cuique suus nosceretur. Milites ergò, qui cum Duce venerant, catechizati statim & baptizati sunt, multique ex eis, qui prius Christiani fuerant, sed ex consortio incredulorum, metas Christianitatis excefferant, ex quorum numero Duce etiam ipsum fuisse constat, per confessionem & penitentiam Ecclesiæ reformati sunt, promittentes se deinceps omnia, quæ Christiano inimica sunt nomini, respuere, & ea, quæ sunt apta, sectari.

Milites Ducis Catechismo instructi.

De Duce abdicante viginti quatuor concubinas suas.

CAPVT XXI.

DVx etiam; scio, inquit, Christianæ societati esse contrarium plures vxores vel concubinas habere; simulque tacitis Sanctorum reliquiis, sicut Christianis iurare mos est, coram Episcopo, populo aspiciente, viginti quatuor concubinas, quas, ritu gentili, suæ legi-

sefridum.

Mos Christianorum iurandi sacris sanctorum Reliquiis.

Dux & alij polygama & alii dicunt.

legitimæ vxori superduserat, publicè abiurauit. Quod videntes alij complures eiusdem enormitatis præsumptores, abiurata & ipsi coniugum pluralitate, vni toro, exemplo Ducis, fidem se seruaturus polliciti sunt.

Ecclesia Caminensis exstructa.

Creuit ergò Ecclesia in loco illo, & confortatata est, ambulans in timore DEI, & Spiritu sancto replebatur, Episcopo & Clericis instantibus & euangelizantibus regnum DEI. Exstructâ quoque illic Basilicâ, & sanctificato altari & sanctuario, collatisque illuc per Ducem prædiis ac dote in sustentationem sacerdotis, pater liberalissimus, sicut omnibus Ecclesiis in terra illa faciebat, libros contulit & indumenta sacerdotalia, calicem quoque argenteum cum cæteris vtenfilibus, de quibus suis sacerdotibus vnum, qui populum instruere posset, eidem præfecit Ecclesia.

De improbitate cuiusdam matrisfamilias in die Dominica metentis agrum suum apud Caminam.

CAPVT XXII.



Vm omnia hæc ritè peracta essent, & non solum de ciuitate, verum etiam de rure populus ad Ecclesiam omni die conueniret, & diem Dominicum aliasque solennitates deuotè obseruarent; vidua quædam in rure non longè à ciuitate Caminensi diues ac nobilis valde, Christiana religione cõtemptrâ, patrios Deos se colere, nullaque occasione vanitatis nouæ, à parentum suorum veteri traditione declinare se velle dicebat. Erat autem multam habens familiam, & non parua auctoritatis matrona, strenuè regens domum suam, & quod in illa terra magnum videbatur, maritus eius, dum viueret, in vsum satellitij sui, triginta equos cum adscensoribus suis habere consueuerat. Fortitudo enim & potentia nobilium & capitaneorum secundum copiam vel numerum æstimari solet caballorum. Fortis, inquit, & potens

Potentia apud Pomeranos equorum numero æstimabatur.